

BERMONDSEY ANNALS

(*Annales monastici*, ed H R Luard (Rolls Series, 1866), iii.421–87)

425–6 (1082) Alwin Child, cives Londonie, fundator monasterii monachorum Sancti Salvatoris de B, ex licentia regia dedit eisdem monachis, qui venerunt in Angliam in anno secundo Willielmi regis secundi, diversos redditus in civitate Londonie, antequam idem rex Willielmus secundus dedit manerium de B. Et insuper excitavit diversos dominos tam temporales quam spirituales ut darent predia, ecclesias, et maneria, prout patet inferius tempore regis Willielmi secundi.

(in Domesday Book) repertum est, quod rex tenet manerium de B ubi nova et pulchra est ecclesia in honore Sancti Salvatoris constructa.

427–8 (1089) Hoc anno, litera Dominicalis G, xvi.kal Maii, luna currente per vii, Petreus, Ricardus, Osbertus et Umbaldus, monachi de Caritate, venerunt B. Et Petreus factus est prior ex ordinatione prioris de Caritate.

Et hoc anno Wynebaldus de Baalun dedit monachis de B Bridesthorne, et tres virgatas terre et dimidiam in Widone, et vi. virgatas terre in Hardewik, cum ecclesia de Hardewik, decimas de Estentona, et decem solidatas in Suttone de molendino ibidem, que postea vendita fuerunt per Johannem priorem de B pro perpetuo ad emendum manerium de Richemonde in parochia de Bengenhoo pro clx. marcis. Dedit etiam idem Winebaldus medietatem Uptonie. Deditque Odo miles eiusdem Winebaldi ecclesiam de Omeneya cum decimis eiusdem ville predictis monachis. Et eodem anno Ansgerus Brito dedit manerium de Prestone, scilicet duas hidas.

(1093) Et dedit idem Robertus (bishop of Lincoln) eodem anno manerium de Charletone cum appendiciis suis. Et eodem anno Galfridus Martel concessione Galfridi de Magnavilla dedit terram de Halyngbury et decimas de Alfertone. Que omnia confirmaverunt William rex secundus et Henricus primus.

(1094) Et hoc anno obiit Alwinus fundator B litera Dominicalis A, vi.idus Aprilis. Et etiam hoc anno Rogerus miles Johannis filii Waleranni concedente eodem Johanne, dedit decimas de Fifhide (confirmed by William II and Henry I)

429 (1095) Walterus filius Ansgeri Britonis dedit duas hidas terre de la Stane (confirmed William II and Henry I)

(1096) Hoc anno Petrus de Sancto Olavo dedit terram de Hoddesdone (similarly confirmed)

(1098) Ricardus Guet, frater comitisse Warenne dedit manerium de Cowyk.

430 (1103) Nigellus de Maundevilla, concedente uxore sua, dedit terram de Balgham, scilicet duas hidas, ecclesie et monachis de B.

- 431 (1107) Matildis uxor Asculphi et Graaldus filius dederunt advocacionem ecclesias de Fifhide, et confirmaverunt decimas eiusdem ville eisdem monachis, quas dedit eis Rogerus miles Johannis filii Waleranni in anno septimo (William II).
- (1112) Hoc anno Hawisia de Gurnay dedit ecclesiam de Ingelescombe in comitatu Somersetie... Postea dimittitur pro pension l. solidorum inperpetuum, priori et conventui Bathonie, tempore Henrici de Soliaco tunc prioris de B.
- 431–2 (1113) Robertus Marmyon dedit hidam de Wideflete cum molendino et aliis pertinentiis.
- (1114) Maria comitissa Bolonie dedit manerium de Kynwardestone cum pertinenciis.
- (1115) Mary having died, Eustace de Boulogne pro salute anime uxoris sue confirmavit manerium de Kynwardestone.
- 432 (1117) Crux Sancti Salvatoris inventa est prope Thamisiam
- (1118) Robertus comes Leycestrie dedit manerium de Wideforde... Et Willielmus de Belmeis Andretesburye. Et eodem anno miraculose virtute sancte Crucis liberatur Willelmus comes Moritonie de turri Londonie.
- 433 (1119) obiit Petreius, primus prior B, iv idus Junii, cui successit Herebrannus.
- (1120) obiit Herebrannus prior B, cui successit Petrus et postea Walterus.
- (1122) Thomas de Ardern and Thomas filius eius dederunt ecclesiam Sancti Georgii in Southwerk et decimas de dominico suo in blado in Horndone, et terram de ponte Londonie quinque solidos per annum reddentem; et totam minutam decimam in predicta villa, ut in lanis, caseis, in agnis, in vitulis, in pullis equinis, et in omnibus aliis rebus decimandis. Quam concessionem de ecclesia Sancti Georgii concessit et confirmavit Henricus primus.
- 434 (1126) Hoc anno Ansgerus Brito dedit manerium de Prestone
- (1127) Et hoc anno Henricus rex primus dedit monachis de B Retherhithe, Dilwiche, hidam de Southwerk, Waddone et confirmavit donationem de Kynewardestone.
- (1132) Hoc etiam anno Henricus rex primus dedit ecclesias de Schorne et Cobham in comitatu Kantie.
- 435 (1134) Hoc anno obiit Walterus prior de B, cui successit Clarembaldus
- (1135) (Henry I) gloriosus rex ampliavit ecclesiam de B possessionibus, simul et dotavit.

- (1137) Hoc anno rex Stephanus dedit xl. solidos redditus in Southwerk. Et confirmavit donum Marie comitisse de Kynwardestone, matris regine Matildis uxoris eius, quod fecit monachis de B.
- 436 (1139) hoc anno Gerardus de Camvyle dedit monachis de B duas partes decimarum, scilicet maiores et minores in Charletone Camvyle (436) que postea dimisse sunt pro perpetuo priori de Kilyngworthe pro ii. marcis per annum.
- (1140) Hoc anno Willelmus comes Moritonii venit B, et suscepit habitum monachalem. Et hoc [anno] Stephanus rex confirmavit donationem Waltheof filii Swein de ecclesia Sancti Jacobi de Derby monachis de B.
- (1141) Et hoc anno Stephanus rex concessit libertates monachis de B, videlicet, quod ipsi et homines sui, res, et terre sint quieti de placitis, querelis, schiris, hundredis, et hustengis, et portmannesmot, et omnibus geldis, scotis, et sartis, et parcis claudendis, et tool, et ab omnibus rebus, querelis et consuetudinibus. Et quod habeant curiam suam et socam et sacam et tool et theam et infangethef, et omnes alias liberas consuetudines suas infra burgum et extra.
- 437 (1142) Et eodem anno idem rex Stephanus dedit monachis de B Gravam, que membrum fuit de Wanetyngg, cum (437) omnibus pertinenciis, in bosco et plano, in aquis et pratis et molendinis, in wikes et pasturis, in hominibus et tenuris eorum, et nominatim, Ernwy filium Lefwini le May, et Edmundum filium Walfrici, cum domibus et pasturis eorum, et cum wikes et cum tenuris qua ad domos eorum pertinent; quam donationem confirmavit Henricus dux Normannie et Aquitanie.
- (1143) Et eodem anno dedit rex Stephanus ecclesiam de Writel cum omnibus pertinenciis suis (confirmed by Henry duke of Normandy). Et hoc anno Willelmus filius Heltonis dedit molendinum de Frenyngham in comitatu Kantie quod postea dimissum est Johanni Scot pro perpetuo, per xl. solidos vi. denarios per annum, in anno Domini 1221.
- (1144) Willelmus de Ipra relaxavit et remisit decem solidos redditus quos solebat reddere domino de Tarentford, id est Dertford, per annum (confirmed by Stephen and Henry second duke of Normandy). Et eodem anno Willelmus de Watevilla et Robertus filius eius dederunt manerios de Warlyngham cum suis pertinenciis.
- (1145) Walketinus Mammynot dedit dimidiam partem tocus Grenewiche.
- 438 (1146) facta est compositio inter Willelmum Wigornie episcopum et Clarembaldum priorem de B de decimis in lytelhoo iuxta Charletone, videlicet quod dictus episcopus et successores suis habebunt dictas duas partes decimarum pro perpetuo, reddendo per annum ecclesie de B v. solidos.
- (1148) Recessit Clarembaldus prior de B cum duodecim monachi, et factus fuit primus abbas de Feversham. Cui successit Robertus Blesensis.

- (1150) Ricardus filius Osberti dedit ii partes decimarum de pecoribus et bladis in Melcumbe; et Theobaldus Cantuarie archiepiscopus confirmavit.
- 439 (1152) Winebaldus de Balaam dedit ecclesiam de Uptone et terram vocatam Melneham. Et eodem anno Alanus Pirot dedit vi.milia allecum de manerio suo de Erchelawis, et unam acrum terre.
- (1154) Willelmus comes Gloucestrie dedit ecclesiam de Cambyrwelle.
- (1155) Hoc anno recessit Robertus prior de B. Et hoc anno Willelmus filius Henrici de Eltham dedit decimas de Wiklondes in the parish of Wolwiche (confirmed abp Cant).
- (1156) Hoc anno successit Rogerius prior de B post annum recessionis Roberti predicti, et factus est prior idem Rogerius xvi. kalendas Maii, anno revoluto. Et eodem anno Raynoldus de Tanny dedit ecclesiam de Bengehoo (confirmed abp Cant and bp Robert of Lincoln).
- 440 (1156) Et hoc anno Osbertus filius Willelmi Ottdener dedit terram de Tymberwode.
- (1157) Hoc anno recessit Rogerius prior de B, xii. kalendas Martii, et factus est abbas Sancti Audoenum; successit dompnus Adam viii.idus Junii. Et eodem anno Walkelinus filius Walkelini Mammynot dedit x. solidos redditus de molendino de Depforde.
- (1158) Willelmus de Watevilla concessione filiorum suorum dedit monachis ecclesiam de Chelsham et illam de Warlyngham (confirmed Henry II, Edward III, Richard II and Henry IV).
- (1159) Sibilla de Watevilla et Ingelrannus de Funteneyns dederunt ecclesie et monachis de B ecclesiam de Bedyngtone. Et eodem anno Henricus secundus confirmavit donationes ecclesiarum nostrarum, scilicet Cambirwell, Bengehoo, Warlyngham et Chelsham, Fifhide et Bedyngtone.
- 400–1 (1160) Henry II confirms SSB in all lands, men and tithes, and all matters free and quit of all oppressions and exactions, scot, geld, aids, forests, assarts, *parcis claudendis*, shires, hundreds, pleas, disputes, hustings etc. Exemplified by Richard I, Henry III, Edward III, Richard II and Henry IV.
- (1161) xvi. kalendas Maii recessit Adam prior de B, et factus est abbas apud Evesham; cui successit dompnus Gaufridus.
- (1163) recessit Gaufridus prior de B, cui successit Petrus
- 442 (1165) Henricus rex confirmavit hidam de Southwerk et Leygham, Waddone, cum terra Colemanii.

- (1166) recessit dompnus Petrus prior de B, cui successit dompnus Raynoldus. Et hoc anno idem Raynoldus dimisit cum assensu conventus fratribus Templi totam hidam de Wideflete super Thamisiam cum hominibus, molendinis, aquis, stagnis et omnis pertinenciis suis, reddendo per annum ecclesie de B x. marcas sterlingorum.
- (1167) Hoc anno recessit dompnus Raynoldus prior de B; cui successit dompnus Rogerius.
- (1168) Walkelinus Mammynot dedit lx. solidos annui redditus de dominio de Cippenham in Dilleherst. Dedit etiam ecclesiam de Birlyng (confirmed by Henry II, Edward III, Richard II and Henry IV).
- (1169) Rogerius prior dimisit fratribus Templi pro perpetuo ii. acres de feudo et 443 eleemosyna domini regis iuxta terram quam nobis dedit Robertus Marmyon in orientali parte pro quatuor solidis per annum.
- (1172) Willelmus Revel dedit terram in Cokenage. Que terra postea dimittebatur pro perpetuo priori de Roystone in anno MCLXXXIX... pro xiii. solidos iv. denarios per annum.
- (1173) decime de Hacchesden date fuerunt, que postea dimisse sunt abbati et conventui de Begham pro xiii. solidos iv. denarios per annum, in anno Domini MCCLXXIV.
- 444 (1174) Henrius rex secundus confirmavit ecclesiam de Bierlyng, quam Walkelinus Mammynot dedit. Et eodem (444) anno idem rex concessit eisdem monachis warennam suam per total terram suam ubicunque eam habet per Dudreyam in bosco et in plano, super decem libris forisfacture.
- (1175) Hoc anno recessit Rogerius prior de B, et factus est abbas apud Abendone; cui successit Robertus de Bethleem.
- (1176) recessit Robertus, successit ei Werricus.
- (1177) Robertus filius Hunfridi dedit decimas de Dittone in comitatu Cantebriggie; que postea dimisse sunt ad feodi firmam priori et conventui de Thetford, in anno MCCLXI, pro decem marcis per annum.
- (1178) recessit Werricus prior de B, et factus est abbas de Feveresham; successit dompnus Bertrannus.
- (1179) Hugo de Monteforti dedit decimas quatuor mansionum, scilicet de Langfort et Bodeney, et Wikes et Nacetone. Et eodem anno Willelmu filius Ricardi de Franchevilla dedit duas partes decimarum de dominio de Langford et de Gerbodesham eisdem monachis.

- 445 (1180) Willelmus de Abyngsworthe dedit monachis de B (445) duas partes decimarum in parochia de Watlyngtone, que postea dimisse sunt pro perpetuo abbati et conventui Sancti Albani pro v. solidos infra octavas Pasche.
- (1181) Milo de Bello Campo, assensu Pagani de Bello Campo heredis, dedit molendinum de Bedford.
- (1182) Johannes Trechefvile dedit totam decimam suam de dominio suo de la Stane in parochia de Godichester. Que postea dimisse sunt pro perpetuo rectori de Godichestre et successoribus suis pro quatuor solidis per annum, in 1237.
- (1184) obiit Bertrannus prior de B, cui successit Constantius
- 446 (1185) due partes (446) decimarum de manerio de Stikeldone in parochia de Greneford date fuerunt. Pro quibus domina priorissa de Ankerwik reddit per annum v. solidos.
- (1186) obiit Constantius vel Constantinus prior de B; cui successit Henricus de Soliaco. Obiit Henricus, cui successit Adam. Et eodem anno obiit Adam, cui successit Henricus.
- 447 (1189) Et eodeme anno recessit Henricus prior de B, et factus est abbas Glastonie ad festum Sancti Michaelis; cui successit Ricardus Norman in die Sancti Nicholai episcopi. Hic fecit compositionem inter priorem de Roystone et nos de terris in Cokenage ad feodi firmam pro xiii.s iv. d per annum.
- (1190) Galfridus de Tayle dedit duas partes decimarum in Ludgreshale.
- (1191) Item hoc anno terra de Tymberwode cum mariscis, hominibus et redditibus, et omnibus pertinentiis suis dimissa est pro perpetuo Henrico de Sornes, reddendo per annum quinque marcas et dimidiam per annum. Et eodem anno Willelmus filius Roberti de Cilterna dedit eisdem monachis x. acras terre in Chilterne. Et Ricardus filius Willelmi filii Roberti de Chilterne dedit dictis monachis decimas xvi. acras terre.
- 448 (1194) Henricus comes Augy dedit terram vocatam Osewardistone in parochia de Lida, et terram Johannis clerici in Bilsyngton, que postea dimissa est pro perpetuo priori et conventui de Bilsyngtone pro xxix. s i. d ob q in MCCXC.
- 449 (1201) obiit Richardus Northam prior de B; cui successit Hugo
- 451 (1207) combusta fuit ecclesia beate Marie canonicorum de Southwerk, et magna pars Londonie et Southwerk. Quo anno canonici eiusdem ecclesie fundaverunt quoddam hospitale in fundo earum proprio prope prioratum, ubi celebraverunt divina usquequo idem prioratus de novo fuit reparatus, quod quidem hospitale postea fuit translatum ex consensu Petri episcopi Wintonie in fundum Amicii archidiaconi Surreie, ut patet inferius in anno decimo tertio Henrici tercii.

- (1208) Et hoc anno munate sunt terre de Bermundeseye pr fluxum Thamisie.
- 452 (1210) Et hoc anno obiit Hugo prior de B; cui successit Ricardus
- (1213) Hoc anno Ricardus prior huius monasterii cum consensu conventus edificavit in fundo celerarii quendam domum contra murum domus predictae vocatam eleemosynaria sive hospitale conversorum ac puerorum, in honore Sancti Thome martyris; pro quo fundo predictus prior constituit quo eleemosynarius solvet per annum celerario x. s. iv. d. ad festum Sancti Michaelis. Et est dicta eleemosynaria exempta ab omni jurisdictione episcopali, sicut et monasterium.
- 455 (1221) recessit Ricardus prior de B et factus est prior de Wenlok; cui successit Hugo. Et eodem anno obiit Hugo; cui successit Gaufredus. Item hoc anno molendinum de Frenyngtham dimissum est Johanni Scot et heredibus suis per Hugonem priorem et conventum pro perpetuo, per xl. s. vi. d.
- (1223) obiit Gaufredus prior de B; successit Odilo; eodem anno obiit Odilo, et successit Odilo; et sic fuerunt tres priores in uno anno. Obiit Odilo prior de B; cui successit Haymo. Et eodem anno obiit Haymo; cui successit Hugo.
- 456 (1224) facta est finalis concordia inter Hugonem priorem de B et Joceum le Perser et Mariam uxorem eius, de l. [50] acris terre cum pertinentiis in Peccham et recuperate per priorem.
- (1225) obiit Hugo prior de B; cui successit Gilbertus
- (1226) obiit Gilbertus prior de B; cui successit Hugo. Et eodem anno obiit Hugo; cui successit Gwillelmus.
- [something missing here: Gwillelmus had been succeeded by Josbert by the time of the following annal]
- (1227) facta est compositio inter Josbertum priorem de B et abbatem de Becco de decimis in Powyntone, Lintecone et Blackmanstone in comitatu Somersetie pro viii solidis per annum.
- 457 (1228) fuit hospitalis Sancte Marie de Overeye translatus a fundo prioratus in fundus Amicii archidiaconi Surreie, ubi aqua est uberius et aer est sanior. Et dedicatum est in honore Sancti Thome martyris.
- (1229) obiit Josbertus prior de B; successit Bernardus. Et eodem anno infra mensem obiit Bernardus; cui successit Aymo... facta est compositio ex delegatione Gregorii pape inter abbatem et conventum de Gaunt et priorem et conventum de B de decimis de Leuesham, videlicet quod predictae decime erunt ipsorum prioris et conventus de B imperpetuum, reddendo per annum monachis de Gant in capella Beate Marie de Leuesham ii. cereos, i. lb et dimidiam. Et eodem anno facta est conventio inter priorem de B et rectorem de Lamehithe de decimis de Lamehithe de dominico Hugonis de Braye, dimissis dicto rectori et successoribus eius pro perpetuo pro x. solidis ad B solvendis.

- (1230) Bartholomeus et Johannes de Courteray coeperunt includere terras brece de Retherhithe ex una parte, et dominus Johannes de Rokeford coepit ex altera parte.
- (1231) obiit Aymo prior de B; cui successit Hugo.
- 458 (1234) obiit Hugo prior de B; cui successit Petrus
- (1236) facta est finalis concordia inter priorem et conventum de B et Robertum de Brues de ecclesia de Staple, videlicet quod advocatio de cetero pertineat eidem Roberto et heredibus suis; ita quod imperpetuum eadem ecclesia solvat per annum ecclesie de B in pensionem 26s 8d. Et hoc anno facta est compositio inter priorem et conventum de B et rectorem de Godichestre, de decimis in la Stane, in parochia predicta, scilicet quod predictus rector et successoribus suis habebent dictas decimas pro perpetuo, reddendo per annum apud B in festo Sancti Michaelis iv. s.
- 459 (1240) obiit Petrus prior de B; cui successit Humbertus vel dictus Ingelbertus vel Gilbertus. Et eodem anno facta est compositio inter priorem et conventum de B et abbatem et conventum Sancte Osithe iuxta Colchestre, de decimis in Uggle pro v. solidis per annum.
- (1241) facta est compositio inter priorem de B et priorissam de Ankirwik, de decimis in Stikeldone, in parochia de Greneford, sibi dimissis pro perpetuo pro v. solidis per annum.
- (1245) obiit Humbertus prior de B; cui successit Rogerus. Et hoc anno facta est concordia inter priorem de B et priorissam de Halywell, de decimis in Est Dilewiche, scilicet quod dicti prior et conventus de B percipient (460) omnes decimas maiores provenientes de terris, quas de bosco vel de pastura in agriculturam dicte moniales converterint in parochia de Cambyrwelle.
- 460 (1246) recuperati sunt per priorem et conventum de B c. solidi annue pensionis de ecclesia de Bedyntone, et due marce sterlingorum pro decimis quondam Ricardi Hurscale in eadem parochia.
- (1247) ... Et eodem anno obiit Rogerus prior de B; cui successit Ymbertus. Et similiter eodem anno facta est finalis concordia inter Ricardum de Clare comitem Gloucestrie et Ymbertum priorem de B, de advocatione ecclesie de Cambyrwelle, quam remisit et quietam clamavit imperpetuum dictis priori et conventui de B.
- (1249) ... Hoc anno facta est conventio inter priorem de B et abbatem [footnote notes that the name has been erased, but that it was 'apparently' Westminster] de feudo quod dicti abbas et conventus emerunt de Alexandro Fiket et de Ranulpho le Tymbermongere, ex opposito ecclesie Sancte Margarete in Southwerk, pro ii. s. vi. d per annum ad festum Sancti Michaelis.

461 (1252) Hoc anno facta est realis (461) compositio inter Ymbertum priorem de B et rectorem de Estentone, de duabus partibus garbarum decimarum in Estentone in comitatu Somersete, scilicet quod predictus rector et successoribus sui habebunt dictas decimas imperpetuum pro xx. solidis per annum, infra octavas Pentecostes.

(1253) et 38 Hen III... Et eodem anno obiit Humbertus prior de B; successit Haymo. Et eodem anno obiit Haymo, et successit Symon.

(1255) ... Et similiter hoc anno obiit Symon prior de B; cui successit Haymo

462 (1258) ... Et eodem anno obiit Haymo prior de B; cui successit Gwicardus.

(1261) Et eodem anno facta est compositio inter priorem et conventum de B et priorem et conventum de Thetford, de decimis in Dittone dimissis eidem priori ad feodum firmam pro x. marcis per annum apud B solvendis.

463 (1266) ... Item hoc anno recessit Gwicardus prior de B, et factus est prior de Wenlock; cui successit Johannes.

464 (1268) Hoc anno Henricus (464) rex tertius concessit priori et conventui de B habere unum mercatum singulis septimanis per diem Lune apud manerium de Charletone in comitatu Kantie, et unam feriam ibidem singulis annis per tres dies duraturam, scilicet in vigilia et in die et in crastino Sancte Trinitatis.

(1270) ... Et eodem anno Johannes de Burgo, filius et heres Huberti de Burgo, dedit monachis de B manerium de Chalke cum pertinentiis suis.

(1271) Hoc anno Henricus rex tertius confirmavit donationem Johannis filii Huberti de Burgo, de manerio de Chalke et advocacione ecclesie eiusdem ville cum suis pertinentiis.

(1272) Hoc anno Raynoldus et Ricardus de Tannya dederunt monachis de B manerium de Bengenhoo, id est Richemund, et advocacionem ecclesie de Bengenhoo, quam prius habuerant, confirmavit.

(1273) 1 Edward I. Hoc anno obiit Johannes prior de B; cui successit Henricus.

465 (1274) ... facta est compositio inter priorem de B et abbatem de Begham, de decimis maioribus et minoribus de Hacchesham in parochia de West Grenewiche, dimissa eidem abbati et conventui pro xiii. s. iv. d per annum apud B, infra octavas Sancti Michaelis. Et compositio inter nos et priorem et conventum de Mertone, de decimis in Kersaltone in comitatu Surreie, dimisum eisdem priori et conventui de Merton pro perpetuo, solvendo per annum apud B in crastino festivitatis Omnium Sanctorum xx. solidos, sub poena lx. solidorum in subsidium Terre Sancte solvendum.

(1276) Hoc anno recessit Henricus prior de B; cui successit Johannes. Et eodem anno obiit Johannes; et successit Petrus. Similiter eodem anno obiit Petrus; cui successit Johannes.

- (1278) ... obiit Johannes prior de B, cui successit Petrus.
- 466 (1283) obiit Petrus prior de B; successit Robertus
- (1285) ... obiit Robertus prior de B; cui successit Henricus Northam, quondam eleemosynarius de Northampton.
- 467 (1288) ... hoc anno obiit Henricus (467) Northam prior de B; cui successit Johannes Northam.
- (1290) Hoc anno obiit Johannes prior de B; cui successit Willelmus de la Charite. Eodem anno obiit Willelmus de la Charite; cui successit Petrus. Et eodem anno obiit Petrus, cui successit Henricus. Item hoc anno facta est compositio inter Henricum priorem de B et Hamonem priorem de Bylsyngtone in Cantia, de certis terris et tenementis in Bilsyngtone et Osewardistone, dimisses eisdem prioris et conventui de Bilsyngtone, pro xxix. s. i. d. ob q. apud Bylsyngtone solvendis... Et eodem anno Edwardus rex primus concessit maneria de Halyngbery, Wideforde, Cowyk, Uptone et Richemunde, que ad manus ipsius regis devenerunt ratione felonie quam Adam de Strattone fecit; cui predicta maneria ad firmam dimissa fuerant.
- (1292) Hoc anno facta est commutatio tenementorum prioris de Lewis in parochia Sancti Olavi de Southwerk, cum tenementis suis in parochia Sancte Marie de Arcubus Londonie et Sancte Marie de Milkestrete, pro redditu monachis de B debito, scilicet xiii. s. iv. d. per annum, ut patet per chartas eorum.
- 468 (1293) Henricus prior et conventus de B dimiserunt molendinum suum de Wideford cum pertinentiis suis Willelmo atte (468) Milne pro perpetuo, pro xiii. s. iv. d. per annum.
- (1294) Hoc anno gurgis aquarum Thamisie transcendit consuetos limites [xviii.^o die Octobris, et tunc accidit magna brecca apud Retherhithe – inserted in the margin in a different hand] et planitiem de B et procinctum de Tothill superficialiter debriavit. Similiter et casas negotiatorum in nundinis Westmonasterii attingendo superius palos figere compellebat.
- (1296) Hoc anno capella Beati Sepulchri et Sancte Marie Magdalene de B fuit in manus prioris et conventus de B, prout habetur in scaccario domini regis, de anno Edwardi regis vicesimo quarto.
- (1300) fuit rector Sancti Andreae in Holborn Willelmus de Alnigio et presentatus fuit per priorem de B, xi kalendas Novembris... Eodem anno obiit Henricus prior de B; cui successit Petrus.
- 469 (1302) Hoc anno Petrus prior et conventus concesserunt et dimiserunt ad firmam Johanni Techemanno total illam terram que vocatur Madbroke in Retherhithe, in comitatu Surreie, pro sexaginta sex libris.

- (1307) Eodem anno obiit Petrus prior B; cui successit Henricus
- (1312) obiit Henricus prior de B; cui successit Petrus de Sancto Laurencio
- 470 (1315) ... facta est compositio inter Johannem episcopum Wyntonie et Petrum de Sancto Laurento priorem de B.
- (1317) Petrus prior et conventus de B dimiserunt ad firmam domino Waltero de Huntyngheld militi terram de Patlesworthe, quam nobis dedit Rogerus de Leyburne, pro octoginta marcis pre manibus solutis, sub tali conditione, quod dicti prior et conventus solvant predicto Waltero dictam summam octoginta marcarum in ecclesia Beate Marie de Overeye in Southwerk, post premunionem factam per dictos priorem et conventum eidem Waltero, heredibus, vel suis assignatis in ecclesia de West Wykham in comitatu Kantie quadraginta dies ante solutionem faciendam.
- (1319) obiit Petrus prior de B, cui successit Galfridus de Delviz. Et eodem anno obiit Galfridus; cui successit Petrus.
- 471 (1321) obiit Petrus prior de B; cui successit Walterius. Et eodem (471) anno obiit Walterius; cui successit Henricus.
- (1323) recessit Henricus prior de B, et factus est prior de Wenlok; cui successit Walterus. Et eodem anno obiit Walterus; cui successit Johannes de Cusancia.
- 472 (1329)... Hoc anno Edwardus rex tertius confirmavit omnes chartas et libertates concessas monachis de B per reges Anglie, cum clausula in fine, quod licet ipis vel predecessores sui aliqua vel aliquibus libertatum seu quietantium in dictis chartis et literis contentarum aliquo casu emergente hactenus usi non fuerint, iidem tamen prior et monachi et successores sui libertatibus et quietantiis predictis et earum qualibet de certo plene gaudeant et utantur sine occasione vel impedimento quorumcunque. Et hoc anno fuit prima concessio corredii domini regis [footnote: this sentence is in the margin in a later hand].
- 473 (1332) ... facta est inquisitio apud Cippenham de lx. solidis annuis debitis ecclesie de B, de manerio de Cippenham, scilicet de terra vocata Dilleherst.
- (1338) Hoc anno dedicata fuit ecclesia major Sancti Salvatoris de B et maius altare in honore SS et beatissime Virginis Marie et Omnium Sanctorum, ab episcopo Corbaviensi [Corbavia, Dalmatia] fratre minore iii^o idus Januarii. Et in octavo die eiusdem dedicata fuerunt tria altaria ab eodem episcopo, videlicet altare Crucis in honore eiusdem, et altare Drueth in honore beate Marie et Sancti Thome martyris, et etiam altare quod est iuxta ostium cemiterii monachorum, in honore Sanctorum Andreae et Jacobi et omnium Apostolorum.
- 474 (1340) Hoc anno Edwardus rex tertius (474) concessit Petro de Cusancia et Johanni de Lambyn de Colcestre, civi Londonie, et licentiam dedit, quod ipsi unum mesuagium et unum toftum in Retherhithe dare possint priori et conventui de B, in

partam satisfactionis centum solidorum de terris, tenementis et redditibus ad valorem centum solidorum a predicto rege per annum sibi acquirendis.

475 (1347) idem dominus rex licentiam dedit priori et monachis de B appropriare ecclesiam de Bedyngtone, et illam appropriatam in proprios usus tenere, statuto de terris et tenementis ad manum mortuam edito non obstante. Et eodem die et anno concessit eisdem priori et monachis, quod ipsi et successores sui terras et tenementa (475) et redditus cum pertinentiis, ad valentiam viginti librorum per annum tam de feudo suo proprio quam alieno, exceptis terris, tenementis et redditibus que de ipso domino rege tenentur in capite, adquirere possint et tenere sibi et successoribus suis imperpetuum, statuto predicto edito non obstante.

(1349) rex Edwardus tertius dedit licentiam Willelmo de Charleton quod ipse unum mesuagium et lxx. acras terre cum pertinentiis in Kynewardestone dare possit et assignare priori et monachis de B, et eiusdem priori et conventui, quod ipsi mesuagium et terram predictam cum pertinentiis recipere possint et tenere sibi et successoribus suis imperpetuum, statute de terris et tenementis ad manum mortuam edito non obstante.

(1352) Hoc anno fuit breve regis directum vicecomiti Northfolchie pro detentione annui redditus x. marcarum in Dittone per priorem et conventum de Thetford debiti monachis de B.

476 (1359) recessit Johannes de Cusancia prior de B; cui successit Johannes de Caroloco.

(1360) Edwardus tertius confirmavit et ratificabit conventionem inter priorem de Norwico et priorem de B, de manerio de Chalk, scilicet pro xvi. libris sterlingorum monachis de Norwico per annum apud Chalk solvendis.

477 (1362) Hoc anno fuit processus contra priorem de Killyngworthe, de ii. marcis pro decimis in Charletone Camvyle in comitatu Somersetie, et recuperatus per priorem de B.

(1363) obiit Johannes de Caroloco prior de B; cui successit Petrus de Tenolio. Et eodem anno facta est compositio inter dominum Johannem de Cobham militem, fundatorem novi collegii quinque capellanorum apud Cobeham, scilicet quod dictus dominus Johannes et heredes sui cum dicta ecclesia vacaverit, personam de dicto collegio vel aliunde priori et conventui de B cum literis patentibus nominabunt imperpetuum.

478 (1366) Hoc anno fuit breve regis directum baronibus scaccarii, vacante episcopali sede Wyntonie, pro viii. libris debitis monachis (478) de B, pro hospitio domini episcopi Wyntoniensis in Southwerk.

(1371) Hoc anno fuit placitum inter priorem de B et abbatem de Begham, de xiii. s. iv. d annui redditus pro decimis in Hacchesden. Et recuperatum per priorem.

(1372) obiit Petrus de Teloneo, prior de B, xxix^o die mensis Decembris; cui successit Ricardus Duntone, prius prior Anglicus, cui commissa fuerat custodia 479 eiusdem prioratus xviii^o die Januarii, salvis (479) domino regi Edwardo tertio advocationibus ecclesiarum, per literas patentes eiusdem regis.

(1376) Edwardus rex tertius sursum reddidit et deliberavit terras in le Breche in Retherhithe in manus prioris et conventus de B, quas sibi retinuit per escaetum, ratione mesprisionis et offensionis facte per Tidemannus Lymberghe, mercatorem Alemannie.

480 (1378) ... Et eodem anno Ricardus rex secundus exemplificavit et confirmavit omnes chartas et libertates regias ante se concessas monachis de B, decimo die Julii.

(1380)... Eodem anno, nono die Maii, per Ricardum de Duntoun priorem facta est domus et prioratus de B indigena pro fine cc. marcarum domino regi Ricardo soluto in hanaperio cancellarie sue. Et eodem anno idem frater Ricardus Duntone fieri fecit claustrum et refectorium de novo.

481 (1384) ... Hoc anno Ricardus rex secundus deliberavit et sursum reddidit priori et conventui de B xviii. solidos redditus debiti in parochia Omnium Sanctorum magna Londonie, et vi. solidos annui redditus in parochia Sancte Marie Magdalene de Bredstrete, quos sibi retinuerat ratione felonie Johannis Northampton, de qua convictus fuit.

(1386) ... Et eodem anno facta est compositio inter Ricardum de Duntona priorem de B, et Johannem priorem de Stonle, de ii. partibus decimarum domini de Kymbaltone dimissis dicto priori de Stonlee imperpetuum pro vi. s. viii. d per annum, in octavis Pasche, apud B

(1387)... Hoc anno Ricardus Duntone prior plumbavit gremium sive navem ecclesie, et fieri fecit novas fenestras vitreas in presbyterio cum tabulis deauratis summi altaris et altaris matutinalis.

(1390)... Hoc anno, xvi. die mensis Februarii, factum est escambium inter Willelmum Courtenay Cantuarie archiepiscopus et Ricardum Duntone priorem de B, de manerio de Waddone cum ecclesia de Croydone, licentia regia inde prius obtenta. Et eodem anno idem Ricardus Duntone prior resignavit; cui successit Johannes Attilburghe, cuius tempore prioratus iste fuit indigena prius per Ricardum Duntone ultimum priorem ibidem effecta, in anno quarto regis Ricardi Secundi.

482 (1399)... Et eodem anno dominus Johannes Attilburghe, prior de B, factus est primus abbas ibidem, decimo tertio die Augusti, ex creatione domini Bonifacii Pape noni, assensu et voluntate ac supplicatione domini Ricardi regis Anglie. Et hoc anno resignavit idem Johannes, et factus est episcopus Athelfeldensis; cui successit Henricus Tomstone secundus abbas... Item hoc anno, secundo die Aprilis, Henricus rex quartus exemplificavit et confirmavit omnes chartas et libertates regias concessas monachis de B, cum charta Ricardi regis de indigenis.

- (1402)... Et hoc anno, xxvi. die mensis Octobris, per Henricum Tomstone abbatem huius monasterii, presentatus fuit ad vicariam de Kemsyng noviter per Bonefacium Papam in anno pontificatus sui octavo appropriatum et per Johannem episcopum Roffensem dotatus, dominus Rodelandes Karbrok; et institutus fuit et indutus in eadem xxvii. die eiusdem mensis.
- 484 (1413) Hoc anno obiit Henricus Tomstone abbas de B, xix. die mensis Maii; cui successit Thomas Tetford tertius abbas.
- (1416) ... Hoc anno Robertus Brounesbury, alias dictus Rykherst, coepit includere breccam de B in parochia de Retherhithe.
- 485 (1417) ... Hoc anno erat placitum in (485) cancellaria domini regis inter dominum regem et Thomam Thetford, abbatem de B, de maneriis Prestone, Bermundeseye, et Stone in comitatu Somersetie, et recuperatum fuit per dictum abbatem.
- (1419)... Et eodem anno fuit processus per Thomam abbatem huius monasterii contra Stephanum Noble, personam ecclesie de Bedyngtone, de pensione annua centum solidorum de eadem ecclesia exeunte, et recuperatus fuit per dictum abbatem per xii. juratos.
- 486 (1426)... Hoc anno fuit placitum assisarum apud Yeuelchestre in comitatu Somersetie, die Martis proximo ante festum Sancti Cuthberti episcopi, inter Thomam Thetford, abbatem huius monasterii, et Johannem Mayn et Thomasiam uxorem eius de uno mesuagio, uno columbari, lx. acris terre, et xii. acris pasture cum pertinentiis in Kynwardestone in comitatu Somersetie; recuperatum fuit per dictum abbatem per xii. juratos.
- (1428)... Et eodem anno, primo die Octobris, facta est compositio inter Thomam Thetford, abbatem de B, et Nicholaum Buklond, magistrum Hospitalis Sancti Thome martyris in Southwerk, de omnibus terris et tenementis que tenent de dictis abbate et conventu in Southwerk et alibi, et pro antiquo redditus dictis abbati et conventui annuatim solvendo, ut patet in eadem compositione.
- 487 (1430)... Et eodem anno Thomas Thetford, abbas de B de novo cooperiri fecit claustrum cum petra vocata slad.
- (1432)... Hoc anno, xxviii. die mensis Januarii, obiit dominus Thomas Thetford, abbas huius monasterii, et sepultus est xxx. die eiusdem mensis: cui successit dominus Johannes Bromleghe quartus abbas, a domino Henrico Chichele, Cantuarie archiepiscopo, apud Lambehithe confirmatus.